

Johann Quistorp

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius D. & Theol. Facult. Senior, Ad Exequias Quas. ... Puellae Catharinae Elisabetae Niebaurn/ Parentes maestissimi hodie hora prima in templo Mariano paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives Academicos sedulo invitat

Rostochii: Kilius, 1641


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776205080>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J. ,
in
C. E. Niebaur.
Rost. 1641.

4



RECHT
J. J. RECHT
J. J. RECHT
J. J. RECHT

CHRISTIANE ELI-

CHRISTIANE ELI-

ROSTOCK

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTOR-
PIUS D. & Theol. Facult.



Senior,

AD

EXEQUIAS

QUAS.

SCITISSIMÆ PUELLE
CATHARINÆ ELI-
SABETÆ Niebaur/

*Parentes mastissimi hodie hora media prima in tem-
plo Mariano paratas cupiunt.*

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos sedulo invitatur.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DCXLI.

34.



Elago vita huma-
na comparari solet,
quod qui ingrediun-
tur, etsi omnes ad u-
num portum contendunt, tamen
eadem fortuna non omnes utuntur.
Quidam enim ita in eo fluctuantur,
jactantur, horsum, vorsum agun-
tur. & non nisi post multos annos
& sero admodum per varios casus
& rerum discrimina in portum sæ-
pe etiam naufragi perveniant: Alii
contra, ut nihil de iis qui media for-
tuna utuntur, dicam, ἔργα ἢ εἰσπορεύειν pro-
vecti, nec remis tantum & velis usi,
sed secundi quoq; fluminis impulsu,
sine nausea, sine tempestate citius in
portum

portum feruntur quam se pelagum
ingressos & navigasse sentiunt, quos
felicissimos esse omnes rectè sentien-
tes judicant: Infelices vero, qui cum
ventis & fluctibus, inter spem &
metum, luctantur, nemo neget: qui
vero serenitatem nacti tamen in
mari coguntur morari propter ma-
laciã, & otii tædium, vel alea vel
computatione vel somno transi-
gunt vel aliis voluptatibus occupa-
ti & nihil ad promovendam navim
profuturis negotiis inquieti discur-
runt vel conchas etiam & lapillos
ad servandum colligunt, ne hos qui-
dem feliciter navigare quisquam
dixerit. Igitur in felicium numero
collocamus infantulam puellam
CATHARINAM ELISABE-
C **E** **T** **H** **A** **M**

THAM Niebauri/ quæ septimanis
quindecim totum hoc vitæ huma-
næ pelagus ac turbulentum quidem,
emensa, portum invenit, & in eo
nunc periculorum secunda, quiescit.
Ea nata est ante tres menses hoc an-
no, die septimo mensis Septembris,
ex primariis parentibus: patre qui-
dem Viro Clarissimo & Consultis-
simo Dn. **JOANNE Niebauri J. U.**
D. amico nostro colendo, & matre
ELISABETHA Krügers/ lectissi-
ma foemina: quos illa suo in hoc pe-
lagus ingressu, quippe primogeni-
ta, non parum ex hilaravit. Avum
paternum habuit **JOANNEM**
Niebauri/ civē & negotiatorem But-
roviensē, quod est in vicinia oppidū
Episcopale: aviam paternā eodē in
loco matronam honestissimā **ELI-**
SABE-

SABETHAM Knorren. Avus ma-
ternus ipsi fuit PETRUS Krüger/
quondam præfecturæ Ducalis Ive-
nacensis in hac nostra Megapoli
Administrator: Avia materna Elsa-
be Hasen / non ita pridem hic apud
nos piè defuncta. His parentibus
orta S. S. Baptismi mysterio ante
quatuordecim circiter septimanas
ritu Christiano initiata & Ecclesiæ
CHRISTI insita, spem parentibus
percipiendi exinde cum tempore
fructus de se præbuit: quæ tamen
spes brevi parentibus intercepta est.
Postquam enim ante paucas septi-
manas catarrho & hunc insequen-
te tussi graviore tenerum corpuscu-
lum cœpisset affligi, sustinuit qui-
dem utcunq; ab initio morbi mole-

C 3

stias,

stias, & visa quodammodo natura superare:
Cum die undecimo Decembris circa tertiam
matutinam, malo vires intendente succum-
bens, cessit repente, ac mox animulam crea-
tori suo, unde paulo ante acceperat, trans-
misit. Hæc est suavissimæ hujus animulæ na-
vigatio, hæc vita: quæ uti parentes quidem
initio sui magna spe & lætitia implevit, ita
nunc decessu suo magnam mœroris copiam
reliquit. Humanum est hoc dolere, & à na-
tura concessum, si modus à recta ratione præ-
finitus teneatur. Quid enim, si in vicinia for-
te casus eveniat luctui opportunus? Afficimur
quidem, sed nihil nimis, nimirum alieno:
domestica vero & propinqua, quasi ad vivum
secta, magis sentiuntur. In mentem ergo ve-
niat, hominem esse, qui sit natus, hominem
esse, qui sit moriturus. Vasculum sit vitreum
ex preciosis crystallinis; patella sit Samia, vel
ex Indicis, quæ preciosæ habentur: Frangun-
tur facile, quamlibet preciosa: vascula enim
sunt & patellæ. Quid in hominis decessu, quã-
libet cari, quamlibet preciosi? Hominem esse
meminerimus, qui ad moriendū opportunus
fuerit, jam ab eo tempore, quo vivere ince-
pit.

pit. Temporis accedat consideratio & seculi, quo vivitur: Quis non multo malit amicum videre in portu, quam in fluctu, quem tempestas excitet. Eam vero, qui non putat levi ex causa, & subito excitari posse, maris naturam nimis mutabilem & naviculæ seu vitæ humanæ fabricam nimis fragilem ignorare videtur. Sed huic rationi efficacior accedat voluntatis ac providentiæ divinæ meditatio. Patrio animo præditus est, qui hoc negotium agit: â quo quid aliud, quam bonitatis & benevolentia plenum affectum, exspectamus? Idem prudentissimus est: quid is aliud, quam quod optimum est, agat? Veniat nobis in mentem regii prophetæ Davidis exemplum, qui laborante filiolo, animi se angebat, quippe sollicitus de eventu, moriente vero & ex hac vita discedente, omnem ex animo detergebat mœrorem, quasi jam liberatus omni cura & molestia, quæ de eventu sollicitum cruciaverat. Verum dolet piis parentibus, quod spes de sobole concepta, casu vero præcisa, exspectationi non respondeat: fingunt sibi nimirum sedulam educationem, institutionem, virtutes adultioris ætatis, & ex iis gaudia

dia sibi promittunt. Qui vero parentes de
suis liberis omnia fausta & felicia sibi non
promittant? Verum ille summus pater & acu-
tius videt, quam homines, & rectius judicat,
& longè melius consulit. Huic parere summa
libertas est; hunc sequi, summa securitas, hu-
jus iudicium probare, & amplecti consilium,
summa prudentia. Quod cum parentes mœ-
stissimos ob hunc præmaturum, ut videtur,
filiolæ suæ excessum, facturos non dubitemus,
reliquum est, ut nostrum hac in parte of-
ficiū Christianæ pietati & condolentiæ de-
bitum ne desideretur: id vero rectissimè præ-
stari poterit, si ad exequias hodie in templo
Mariano futuras hora media prima quam fre-
quentissimè conveniamus, & præsentia no-
stra funus ornemus: quod ut fiat, omnes ju-
risdictioni Academicæ subjectos officiosè
moneo. P. P. Rostochii sub Sigillo Reçtoratus
Anno 1641. die 14. Decembr.


*Conventus fiet hodie hora media prima
in Templo Mariano.*



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



pit. Temporis accedat confid
li, quo vivitur: Quis non mul
cum videre in portu, quam in
tempestas excitet. Eam vero,
levi ex causa, & subito excitar
naturam nimis mutabilem & na
tæ humanæ fabricam nimis fragi
videtur. Sed huic rationi effica
voluntatis ac providentiæ divin
Patrio animo præditus est, qui h
agit: â quo quid aliud, quam be
nevolentia plenum affectum, e
Idem prudentissimus est: quid i
quod optimum est, agat? Ven
mentem regii prophetæ Davidis
qui laborante filiolo, animi se ar
pe sollicitus de eventu, morier
hac vita discedente, omnem ex
gebat mœrorem, quasi jam lib
cura & molestia, quæ de event
cruciaverat. Verum dolet pi
quod spes de sobole concepta, c
cisa, exspectationi non respon
sibi nimirum sedulam educatio
tionem, virtutes adultioris ætati



cu-
mi-
em
tat
aris
vi-
are
dat
tio.
um
be-
us?
am
n
n,
ip-
ex
er-
mi
m
us,
ræ-
int
tu-
au-
dia